



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutio moralis philosophie metrica**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Dauentrie, 1504**

Ad Librum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70184](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70184)

## Epistolarum

Ne ne me folijs ideo breuioribus ornes  
Quod timui mutare modos et carminis artem  
Temperat archilochi musam pede mascula Sapho  
Temperat Alceus sed rebus in ordine dispar  
Nec socerum querit: quem versibus oblinat atris  
Nec sponse laqueum famoso crimine neccit  
Hunc ego non alio dictum prius ore latinis  
Vulgavi fidicen. iuuat immemorata ferentem  
Ingenijs oculisq; legi manibusq; teneri  
Scire velis mea cur ingratus opuscula lector  
Laudet ametq; domi premat extra limem iniquus  
Non ego ventose plebis suffragia venoz  
Impensis coenatum et rite munere vestis  
Non ego nobilium scriptorum auditor: et vltor  
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignoz  
Hinc ille lachryme spissis indigna theatris  
Scripta pudet recitare: et nugis addere pondus  
Si dixi rides ait: et iouis auribus ista  
Seruas fides enim manare poetica mella  
Te solum tibi pulcher ad hec ego naribus vti  
Formido: et luctantis acuto ne fecer vngue  
Displicet iste locus clamo: et diludia posco  
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram  
Ira truces inimicicias et funebre bellum

### Argumentum epistole. xxi.

**N**erepat libz suū in publicū prodire cupientē Scribit at  
hanc eplam metaphoricos quasi ad rem aiataam cū liber sit  
res in aiata. significans librum suum in publicum velle prodire.  
se vero prohibere

### Ad Librum

Ercunnum ianumq; liber spectare videris

D j

## **Liber Secundus.**

Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus  
Odisti claves et grata sigilla pudico.  
Pauca ostendit gemis. et communia laudas  
Non ita nutritus fuge quo discedere gestis:  
Non erit emisso reditus tibi: quid miser egi:  
Quid voluit: dices: ubi quis te deserit: et scis  
In breue te cogi: cum plenus languet amator  
Quod si non odio peccatis desipit augur  
Carus eris romae: donec te deserit etas  
Contractatus ubi manibus sordescere vulgi  
Ceperis: aut tineas pasces taciturnus merces  
Aut fugies vticam: aut vinctus mitteris Ilerdam  
Ridebit monitor non exauditus ut ille  
Qui male parentem in rupes detrusit a sellum  
Fratrus: quis enim inuitum seruare laboret:  
Hoc quoque te manet: ut pueros elementa docentem  
Occupet extremis in vicis balba senectus  
Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures  
De libertino natum patre et in tenui re  
Maiores pennas nido extendisse loqueris  
Et quantum generi demas: virtutibus addas  
De primis vrbis belli placuisse domiq;  
Corporis exigui precanum solibus aptum  
Frasci celerem: tamen ut placabilis essem  
Forte meum si quis te percunctabitur euum  
Ne quater vndeno sciat impleuisse decembres  
Collegam Lepidum quo duxit lollius anno

**¶** Finit liber primus epistolarum

**¶** Sequitur secundus liber epistolarum